

plus lors l'encensement pour sacrifice, comme au temps de la loi, mais pour une simple cérémonie destinée à représenter l'effet des prières décrit par ces paroles de David : « Que mon oraison monte comme l'encens en ta présence, » et par celles-ci de l'Apocalypse : « La fumée des encens des oraisons des saints monta de la main de l'Ange devant Dieu. » — Et finalement une Eglise qui tenait que l'Eglise catholique avait la promesse infaillible de devoir être perpétuellement visible et éminente en sa communion, perpétuellement pure et incorrompue en sa doctrine et en ses sacrements, et perpétuellement liée et continuée en la succession de son ministère (1), et qu'à elle seule appartenait la garde des Traditions Apostoliques, l'autorité de l'interprétation de l'Ecriture et la décision des controverses de la foi (2) ; et que, hors de la succession de sa communion (3), de sa doctrine (4) et de son ministère (5), il n'y avait ni Eglise, ni salut. — Voilà ce que le Sérénissime Roi, quand il lui plaira d'y penser avec loisir suffisant, trouvera qu'était l'Eglise catholique au temps de saint Augustin et des quatre premiers Conciles. Que Sa Majesté voie si, à ces traits de visage, elle reconnaîtra celle de Calvin, où la nôtre. »

APPENDIX XVIII (ad Epilogum, p. 345).

DE CONFERENTIA BOSSUETII CUM CLAUDIO (*Opp. edit. Versal., t. XXIII.*)

Bossuetius id sibi in hâc Conferentiâ præcipuum proposuerat, ut Claudium nempe cogeret ad confitendum I^o quod, in systemate Protestantium, unusquisque, quantumlibet rudis et ignarus, necessariò

(1) Hoc Auctor suprà ostendit, c. III.

(2) Tert. *Lib. de Præscript.* præsertim à cap. XII usq. ad c. XXXVII. — S. Iren. *Adv. Hær.*, l. III, c. III, — l. IV, c. XXXII, etc..

(3) S. Cypr. *De Unit. Eccl.* § III et IV. — S. Aug. *De Symb. ad Catechum.* Serm. IV, c. XIII, n. 13.

(4) S. Hieronym. *Contra Lucif.* n. 2; — S. August., 22 — *De utilit. cred.*, c. VIII, n. 20. — *Contra Crescon.*, l. I, c. XXXIII, n. 39.

(5) S. Cypr. *Epist. ad Pupian.*, l. LXIX, § IV, V. — *Ep. LXXVI ad Magn.* § III, IV, V. — S. Chrysost. *Hom. in Ep. ad Ephes.* tota et præsertim in fine.

paratus est suum sensum in interpretatione Scripturae sacræ sensui totius Ecclesiæ præferre; itemque II^o quod unusquisque, in systemate Protestantium, per dubium aliquamdiu transire debet circa divinam Scripturæ sacræ auctoritatem (V. p. 268, itemque eodem volum. : *Réflexions sur un écrit de M. Claude*, 2^e réfl., p. 344).

In I^o (pp. 285-298), — quod cæteroquin Claudius aperte confessus est (p. 286, 290), — nihil hic immorandum habemus; et sanè satis est ut manifesta fiat Protestantismi præsumptio verè incredibilis.

In II^o autem (pp. 299-313), Claudius confiteri recusavit, sed retorquere tentavit objectionem, quærens nempe annon etiam, in systemate catholico, unusquisque per dubium aliquamdiu transire debeat circa divinam Ecclesiæ auctoritatem : « Je répondrai » pour l'Ecriture, inquit, ce que vous me répondrez pour l'Eglise » (p. 300).

Bossuet, artis polemicae apprimè gnarus, pro se respondere distulit pertinaciter (p. 303, 304), usquedum Claudius pro se primus respondisset. Et, quum ille ad hoc allegare inciperet *persuasionem humana*m, in auctoritate scilicet hominum fundatam, quam satis imperfectè explicabat et certam fateri quasi timebat, Bossuet occasionem arreptus hoc protulit : « S'ils n'ont qu'une *persuasion humaine*, ils » n'ont qu'une *persuasion douteuse*, et par conséquent ils doutent de » ce qui est, selon vous, tout le fondement de la foi : en un mot, ils » sont infidèles » (p. 301); et rursùs : « La *foi humaine* est toujours » *fautive et douteuse* » (p. 311).

Hoc porro quum Claudius, vanis tantum logomachiis intentus absque distinctione transire sisisset, ipse certè causâ cadebat; sed nec Bossuetius, si in hâc suâ assertione *simpliciter* stetisset, victor exire poterat.

Etenim I^o falsum est *fidem humanam*, — etiamque *ex omni parte humanam*, i. e. nempe, quæ per solas naturæ vires concipitur et solâ evidentiâ naturali vel testimonio hominum tanquam motivo fundatur, — esse *semper dubiam*. Et ipsam profectò esse *ali quando certam* Bossuet postea libenter agnovit (*Réflexions...* 7^e réfl., p. 377). Neque, ad talēm absque dubio in aliquo Ecclesiæ testimonio habendam fidem, necesse est priùs agnoscisse absolutam Ecclesiæ infallibilitatem (uti Bossuet illic insinuat, et Claudius ipse timere visus est) : sufficit enim agnoscisse in hocce præsenti Ecclesiæ testimonio legitimas

testimonii conditiones (V. suprà, *Tr. de Ecol.*, pp. 21, 277, 343).

2º Si omnem fidem humanam respuis quasi semper dubiam, fidem divinam igitur requiris. Atqui, per fidem divinam, vel — 1 — illam intelligis in quâ Deus non modò, per suam gratiam, *principium* est quo ad credendum movemur, sed insuper, per suum testimonium, *motivum* præbet propter quod credimus : et tunc nec Protestantes nec Catholici à tali fide incipere possunt. Antequam enim aliquid credam propter testimonium Dei sive per Scripturas sive per Ecclesiam transmissum, oportet me credere Deum esse, Deum testimonium dedisse, et Ejus testimonium mihi sive per Scripturas sive per Ecclesiam transmitti (Cfr *Tr. de verâ Relig.* p. 46, nec non de Lugo, etc., illic cit.). Hæc tria porro *fidei prærequisita* credere non possum nisi propter motivum aliquod ab ipso testimonio Dei distinctum, putâ, propter testimonium hominum qui Ecclesiam componunt aut Scripturas mihi transmittunt. Si igitur fides in tali motivo fundata nunquam certa esse posset, me in scepticismum remanere necesse foret.

Vel — 2 — *fidem divinam* illam dicis in quâ Deus, per suam gratiam, *principium* est tantùm quo movemur ad credendum, etiamsi motivum propter quod credimus desumatur non propriè è testimonio Ejus, sed ex alio fonte, v. g., ex auctoritate naturali hominum qui Ecclesiam componunt vel Scripturas transmittunt. Hoc solo sensu fides divina in tribus *prærequisitis* modò memoratis locum, absque circulo vitorio, habere potest (p. 304; cfr *Réfl.* 4^e, p. 362); et Bossuet qui illam in priori sensu primùm exigere videbatur, ut Claudium acriùs urgeret, ad hunc denique posteriorem sensum redit ut fidem Catholicon explicet. — Verùm, ut rectè observat Claudius (p. 306), omnis secta sive Græcorum, Æthiopiorum, etc., sive etiam Protestantium, talem gratiæ motionem, talem proinde fidem divinam sibi libenter attribuit... — Equidem; sed magnum discrimen erit, Catholici enim ita, sola gratiæ et motivorum naturalium ope, unum agnoscentium habent punctum, Ecclesia scilicet suæ auctoritatem primùm *humana* ac subsequenter, ex ipsius testimonio, *divinam*. Hoc autem, cæteroquin ab infante inter Catholicos puerascente, præfulgentibus undique Ecclesiæ dotibus (p. 304, et *Réfl.* 4^e et 5^e, pp. 362, 366, 372, 375) (1), sponte admittitur quasi ex immediato quodam judicio et

(1) Cfr et Lefranc de Pompignan (locis suprà indic. p. 342), qui argu-

absque ullâ in dubio morâ. Hinc, ut ait Bossuet (p. 275), « la foi divine se déclare d'abord dès les premières instructions de l'Eglise... » Et, hâc admissâ, jam puer catholicus totam suam Religionem continuò obtinet.

Græci, Æthiopii, etc., per Spiritùs-Sancti motionem, itidem facere volunt (p. 308); sed signis insufficientibus apud suam Ecclesiam decipi se sinunt; et inde fidem quidem in suam Religionem absque morâ concipiunt, sed fidem mixtam, in quâ quid sit rectum et gratiâ informatum, quid erratum sed bonâ fide excusandum, Deus dijudicare sciēt.

Protestantes verò, qui humanæ etiam auctoritati alicuius Ecclesiæ vix satis inniti audent ut ad divinam inde ducantur auctoritatem ne hujus ipsius Ecclesiæ dicam, sed tantummodò Scripturarum quas præfert (Claudius enim divinam illam Scripturarum auctoritatem non è testimonio ullius Ecclesiæ probare audebat sed solummodò è lectione et gustu, p. 299 et *Réfl.* 3^e, p. 358), quantis detinebuntur ambigibus et dubiis,— si non semper circa ipsam Evangelii veritatem (ut Bossuetius supradictis Claudii hæsitationibus utens, pluriès ad hominem infert), — at certè circa dogmata et præcepta sibi necessaria!... Hæc est porro, ut probè intellexit Nicole (suprà cit. in nostro *Epilogo*, p. 342, 345), vera et absoluta hujus argumentationis vis, ubi ab argumentis *ad hominem* et rerum confusionibus expedita proponitur ; et ad hoc unicè illa reducenda est, si velimus *fideismum* vitare, in quem forsan, nimis urgendo Bossuetianam argumentationem, implicari pericitaremur (1).

menta Bossuetii fusiùs et clariùs resumpsit, sæculo seq., contra Protestantem quendam Claudio audaciorem.

(1) Et hoc certè confirmatur è laudibus quibus Menesiani scriptores hanc Conferentiam cumularunt. V. D. Gerbet : *Des doctrines philosophiques sur la certitude...* p. 152 et ss., ubi ostendere nititur Bossuetii argumentationem principium Menesianum auctoritatis quâ maximæ, i. e., generis humani aut saltem Ecclesiæ catholicæ, pro motivo primario omnis certitudinis necessariò supponere, et conqueritur quòd Lefranc de Pompignan, hoc principium deserendo, dictam argumentationem enervaverit.